



Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundißimi Doctoris de Auxilio gratiæ
medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum &
Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

12. De gratiae divisionibus. Tres divisiones gratiae afferuntur. Quid sit
gratia praeveniens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

C A P V T X I I.

De gratia Divisionibus.

Tres divisiones gratiae afferuntur. Quid sit
gratia præveniens.

PO STO VAM de gratiae natura satis superque disserimus, superest ut de ejus divisionibus pauca dicamus. Nam & in illis intelligendis non mediocriter à vera sancti Augustini mente plerique Scholastici discesserunt.

De illa igitur capitali divisione, qua gratia à recentioribus dividitur in sufficientem & efficacem nihil est quod uberior hic dicamus, cum abunde in superioribus explicata sit. Dividitur igitur ulterius gratia in prævenientem & subsequenter; itemque in operantem & cooperantem; denique in excitantem & adjuvantem. Omnes istas divisiones Augustinus ex Scripturis haec tradidit, vel certe vestigia quædam eærum expressit. Sed, ut dixi, plerique reactores magis attenti, quid istis nominibus, sicut philosophia sua sequendo, significari oportune posse, quam quid eis Augustinus ac discipuli eius Prosper & Fulgentius significarint, mentem eorum nullo modo allecuti sunt.

Iaque in explicanda vocabulorum istorum significatione non convenient. Aliud enim divus Thomas cum suis sectatoribus, aliud Vega, aliud Gregorius Ariminensis, aliud alij volunt. De quibus non est necesse per singula discurrere. Plerique tamen ea redicunt ut ve-
Videndum
Frane. Suar.
lib. 3. de
com. & fuc. 5.
Vasquez 2.2.
disp. 185.c.9. lant gratiam esse quoddam indeliberatos intellectus & voluntatis motus, quibus potentia voluntatis quasi dormiens excitatur ut in actum surgat, & ita prævenitur. Motus istos dicunt non esse liberos, quos Deus in ipsa voluntate non libere, sed physice tamen concorrente operatur. Talibus motibus voluntas mollitur & allicitur & roboretur; ut ijs consentiendo libere velit, consentiat, atque operetur supernaturaliter bonum. Vocatur igitur isti motus gratia operans; inquit, quia Deus eam in nobis sine nobis libere cooperantibus operatur, vel certe, quia per eam Deus solus operatur in nobis ut velimus; sine nobis videlicet libere cooperantibus. Eadem vocatur excitans quia excitat voluntatem ad voluntendum vel agendum; itemque præveniens, quia prævenit nostrum liberum consensum. Cum vero cooperatio & adjutorium gratiae, juxta notissimam Etymologiam, dicat similitudinem quandam conjunctionem gratiae & voluntatis in eandem actionem ad quam cooperantur, ita ut non una antecedat vel impellat, sed simul operentur, hinc gratia cooperans est illa que voluntatem accedendo ei jam libere consentienti cooperatur. Eodem sensu eadem

Aadiuvans dicitur, quia adjuvat infirmitatem voluntatis respectu supernaturalis operis: eadem & concomitans dicitur respectu consensus, quia consensum liberum comitatur, nos ad illum praestandum adjuvando: subsequens vero respectu prioris gratiae quatenus prævenientem sequitur. Nec vero solum gratia operans & excitans & præveniens, juxta illos auctores, eadem omnino diversa solum consideratione gratia est (sicut etiam cooperans, concomitans, adjuvans, & subsequens;) sed etiam operans & cooperans, excitans & adjuvans, præveniens & subsequens eadem sunt inter se. Nam idem vitalis intellectus & voluntatis motus, qui voluntatem excitat, consensumque prævenit, simul in consensum liberum voluntatis influendo cooperatur voluntati, eamque ad consentiendum & volendum & agendum adjuvat. Ita tere de gratiis istis multi recentiores, quamvis in nonnullis parvi momenti quidam ab alijs dis. repent.

Sed ista gratiarum istarum explicatio, sive in re ipsa vera sit, sive non, ab Augustini mente ac discipulorum eius longe discrepat. Quod ut planissime intelligatur, initium ab illa celebri divisione sumemus, qua gratia dividitur in prævenientem & subsequenter.

Præveniens igitur, & subsequens nomina respectiva sunt; quorum terminus est, non gratia, quasi una gratia aliam præveniret aut subsequi diceretur, sed actus voluntatis. Præveniens enim dicitur, quia prævenit omnem omnino etiam primum bonum voluntatis humanae motum; subsequens, quia bonum voluntatis humanæ motum sequitur. Motum intellectus liberum voluntatis consensum quo aliquid præmio homo à Deo sive de conguo, sive de condigno promeretur. Primum autem, quem nullus omnino præcesserit, sed quo incipit homo mutari ex malo in bonum. Est enim sumpta illa divisio, non ab illa metaphysica speculatione, qua gratia intelligitur excitare potentiam voluntatis ad quoscumque consensum liberos per totam vitam hominis, & voluntati consentienti volentique adjuvando cooperari, sed ab illa celeberrima controversia, ad fidem Catholicam pertinente, maximeque qua Pelagiani & Semi-Pelagiani Ecclesiam ac defensores ejus fatigarunt, utrum voluntas per se incipiat operari bonum; ita ut gratia subsequatur motum bonum voluntatis, quo ipsa libi gratiam promeretur ac parit; an vero è contrario gratia præcedat omnem bonum motum voluntatis, fidei, spei, orationis, dilectionis

etionis, ita ut hæc omnia Dei gratia in voluntate operetur. Nam illis aut similibus verbis Augustinus cardinem controverſiſ subinde exprimit, ſive quætionem proponendo, ut quando dicit Vitali qui Semi-Pelagiano errore tenebatur: *Recognosco me, ut puto, in yis quæ nos feci dixi, non omnia que ad fidem Catholicam pertinent commemorare voluisse, sed ea tantum quæ ad Islam, quæ inter nos agitur de Dei gratia quætionem, utrum præcedat hec gratia, an ſubsequatur homini voluntatem; hoc eſt, ut planus id eloquar, utrum ideonobis datur quæ volumus, an per ipsameritam hoc Deum efficiat ut velimus. Sive quætionem veritatis erundæ cauſa ventilando, ut quando dicit: *Quomodo voluntatis humanae meritum sequitur gratia, cum datur & parvulus, qui hoc nondum posſunt velle fieri nolle?**

^{17.107.} Quomodo gratiam velin majoribus diuinitatibus præcedere merita voluntatis, ſi gratia, ut vera sit gratia, non secundum merita nostra datur? Et rursum inferius: *Quomodo Deus exſpellat voluntates hominum, ut præveniant eum, quibus det gratiam, cum gratia ei non immerito agamus de yis, quibus non ei credimus & eius doctrinam voluntate impia perſequuntur.* MISERICORDIAM PRÆFUGAVIT, eſque ad ſcripſum omnipotentissima facilitate convertit, ac voluntates ex nolentibus ſeruit. Sive quætionem constituta veritate abſolvendo, ut quando concludit: *Nempe manifellum eſt, ex illa duodecim ſententijs quæ pertinere ad Catholicam fidem negare non fineris, non ſolum omnibus, ſed etiam iungulis id confis, ut confiteatur gratia Dei PRÆVENIRI hominum voluntates & per hanc eam potius præparari, quam propter earam meritum dari.* Et rursum paulo pôlt luculentius: *Hec & alia testimonia divina ostendunt, Deum gratia ſua auferre infidelibus cor lapideum, & PRÆVENIRE in hominibus bonorum merita voluntatum, ita ut voluntas per ANTECEDENTEM gratiam præciretur, non ut gratia merito voluntatis ANTECEDENTE donetur.* Et in fine tandem Epitola: *Si ſentis atque conſentis, debet nos etiam Deo agere gratias, ac ſolere pro talibus, quod ad fidem eius doctrinamque conveſi volunties ex nolentibus fiant, oportet ſine dubitatione faciatis, voluntates hominum Dei gratia PRÆVENIRI, & ut benevolentia homines, quod notebant.* Deum facere qui rogarunt ut faciat.

Ex quibus proſecto manifestissime conſtat, quando de præveniente gratia & ſubsequente diſputatur, non hic quæ, utrum gratia potentiam voluntatis in operibus quibusque bonis quæ exiſtando præcedat, cum qua deinde in actum inſluat; ſed illud, utrum gratia præcedat omnes actus bonos voluntatis, etiam primum illum quo incipit ex nolente velle bonum, an è contrario bonus aliquis motus voluntatis præcedat gratiam; ita ut eum gratia veluti merces meriti illius ſubſequatur. Non enim vocatur gratia præveniens respectu bonorum operum que iuſtificati per totam vitam operantur, quamvis ad ea voluntatem excitet, ſed tantum respectu illius mutationis ex mala in bonum, per quam incipit iuſtificari, hoc eſt, ex nolente volens, ex averſa conveſa, ex inſulta iusta fieri: respectu vero operum jam à

A credente ac diligente proſluentium gratia vocatur ſubsequens, quia ſequitur meritum jam converſæ & iuſtificata voluntatis. Hanc eſt veriſtim & genuinam intelligentiam gratiæ prævenientis & ſubsequentis, prout de illis Augustinus ac diſcipuli epiſ & Eccleſia, ipſe que adeo Scriptura ſacra, unde eas depromperunt, locuti ſunt, ex multis indicijs atque locis apertissimum eſt. Nec enim aliud ſibi vult cum in Epitola ad Vitalem ſcribit: *Qui Epift. ad bus commendatur vera Dei gratia, hoc eſt quæ non secundum merita noſtra datur, ſed dat merita ipſa cum datur, quia PRÆVENIT hominis voluntatem bonam, id eſt, voluntatem ejus bonam, nec eam cuiusquam invenit in corde ſed facit.* Nec aliud cum libro ſecundo ad Boniſacium probat pri-
^{Vitali} marum boni cupiditatem, hoc eſt, etiam initium charitatis ſeu bonæ voluntatis eſte nobis ex Deo præveniente voluntatem: *Avertat enim Lib. 2. ad Deus hanc amentiam ut in donis eius nos priores fa- Bonif. c. 9.*
ciamus, posteriorem ipſum, quoniam misericordia eius PRÆVENIET me. Et ipſe eſt, cui fideliciter veraci-
terque cantatur: *Quoniam PRÆVENITI eum in benedictione dulcedam.* Et quid hic aptius intelligiuit, quan ipſa de qua loquuntur cupiditas boni? Tunc enim bonum contipſci incipit, quando dulcedere ce-
perit. Ergo benedictio dulcedam eſt gratia Dei, qua ſi in nobis ut nos aelecet, & cupiamus, hoc eſt, amemus, quod præcipit nobis in qua ſi nos non PRÆ-
VENIAT Deus, non ſolam non perficiatur, ſed nec in-
choatur ex nobis. Si enī ſine illo nihil poſſimus fa-
vere, proſecto nec impere nec perficiere; quia ut IN-
CIPIAMUS DICTVM EST, MISERICORDIA
EIVS PRÆVENIET ME; ut perficiamus dictum
eſt, MISERICORDIA EIVS SVBSEQVETVR
ME. Et nec aliud libro primo contra Iulianum operis imperfeci: *Gratia quippe hominem Lib. 1. cont.
præveni, ut diligat Deum, qua dilectione operetur Iul. operis
bona.* Quod & Iohannes Apoſtolus operiſſime ſcen-
dit, ubi ait: *Nos diligamus, quoniam PRIOR di-
lexit nos. Non ergo diligimur, quia dileximus, ſed quia dilecti sumus diligimus.* Hoc eſt, non nos prævenimus noſtra dilectione gratiam Dei, ſed gratia Dei prævenit dilectionem noſtram. Et in eodem libro iterum: *Si non PRÆVENIT* ^{tbid. f. 146.} gratia voluntatem ſeu voluntatem ut operetur eam; ſed prius exiſtens voluntati, id eſt voluntati, gratia cooperatur, quomodo verum eſt Deus in nobis operatur & velle? Quomodo præparatur voluntas à Domino? Nec aliud in Encluridio ad Lau-
^{Enclurid. f. 135.} rentium: *Placedit enim bona voluntas, id eſt vo-
litionis hominis multa Dei dona, ſed non omnia: quæ au-
tem non præcedit ipſa, in eis eſt & ipſa. Nam utrumque legitur in sanctis eloquij, & misericordia eius PRÆVENIET me. & misericordia eius ſub-
sequetur me. Nolentem prævenit, ut velit, volentem ſubſequitur ne fruſtra velit.* Cur enim aduocemur orare pro inimicis noſtri, utique nolentibus pie vare, niſi Deus in illis operetur ut velint? Item cur admone-
nemur petere ut accipiamus, niſi nō ab illo ſiat quod voluimus, a quo ſicut eſt ut relinquant. Oramus ergo pro inimicis noſtri, ut misericordia Dei præveniat eos, ſicut prævenit & nos, antequam videlicet ullo bono voluntatis motu nos præveniſſimus Deum; oramus autem pro nobis ut misericordia eius

ſubſe-

sub se quatur nos. Quid autem sit istud, ne sinistra A quasi non acceperis? Hoc est, misericordia eius pra-
vel, de quo aliqui multum contendunt, infra-
veniet me. Nihil sane manetius dici potest,
quo intelligamus, non alio sensu Scripturas &
Augustinum vocasse gratiam prævenientem,
nisi quia prævenit omnes voluntatis actus bonos,
hoc est, omnia merita bona, eo quod nul-
lus in Augustini doctrina sit actus bonus, quin
aliquid mercedis à Deo mereatur. Et illa ra-
tio est, cur sepius explicit illam rationem
præveniendi, per hoc quod gratia antecedit
omnes actus bonos, vel per oppositum, quia
nihil boni nostri gratiam praecedit, vel, ut
Scriptura loquitur, quia nemo prior dedit Deo
ut retributur ei: ut quando dicit in sermoni-
bus de verbis Apostoli: Quia prior dedit, cum r. 13. 14.
tu in gratia accepisti? Quia prior dedit illi & retri-
bueretur ei? Si Dominus retribuere: iller, nihil nisi t. 13.
panam debitam restisset. Nihil dederunt ut eu re-
tribueretur: pro nullo salvo saepe erit illos. Quia
prior dedit illi quasi suorum gratia meritorum? Quia
prior dedit illi? Quis prævenit gratiam que gratia
datur? Si aliquid meritorum antevenit gratiam, iam
non gratia datur sed ex debito redditur. Si autem
gratia non datur, gratia quare voratur? Quis ergo
prior dedit illi, & retribuetur ei. Et in libris ad-
versus Julianum: Quia imago Dei est, meretur t. 13.
hanc gratiam, non tamen ut eius bona voluntas possit
PRAE CEDERE preter gratiam, ne vel ipsam prior
det, ut retributur ei, ac si gratia iam non sit gratia,
dum non datur gratia sed redditur debita. Quod
cum tanquam gratia vera ex diametro adver-
sum refellisset, veram rationem gratiae præve-
nientis adjungit: Non ergo quia est illi voluntas
bona, sed ut convertatur in bonam voluntas mala,
gratianam preparatur, id est, donatur & efficiatur,
voluntas à Deum. & Deus est, ut ait Apostolis qui
operatur in nobis & vobis. Quia etiam vera causa
est, cur ratio gratiae evidentissime apparet,
non tam in gratia consequente, quia conse-
quitur bonos voluntatis motus, quam in præ-
veniente, quia omne meritum omninoque
actum bonum præveniendo p̄cēdit.

Secundo haec ratio prævenientis gratiae ex
oppolito Pelagianorum sensu perspicue patet.
Illi cum Augustini & Catholicorum disputationibus & Conciliorum auctoritate quibus
dimicati fuerant, tandem aliquam gratiam
admittere cogerentur, consequente ad ipsā
qua ad facilis operandum assequendamque
perfectionem, iuvarentur prævenientem tam-
en, per meritum antecedens funditus salu-
letunt. Quam sententiam postea Semi-Pela-
giani, velut heretico sua fundamenta am-
plexi studiosissime defenderunt. Hunc Pela-
gianorum sensum, gratia prævenient ex dia-
metro adversum, non semel Augustinus ex-
p̄p̄lit, ut in libris contra Julianum: Nam & t. 14. 15.
studium sanctitatis sine adiutorio Dei validum in hominē, ut. 3.
voluntate PRAE CEDERE, quod merito Deus de-
bet adiuvare non gratia. Et in Epistola ad Paulinum Pelagianos aliquid quo modo pre-
mium gratiae querentes incerpans: Cur, in- Ep. 10.
quit, meritus præveniri gratia perhibetur, quia gra-
tia non esset, si secundum meritum impetraretur?
Nam de ita præveniente gratia post damnatos

Pela-

Pelagianos ei fuisse controversiam, in præcedentibus abunde manifestat: Cum ergo fides impetrat infirmationem non gratiam Dei aliud quid meriti PRÆCEDIT humanum; sed ipsa gratia meretur aperi, ut aucta mercatur perfici, comitante, hoc est, sequente, non ducente, pedissequa non prævia voluntate. Vnde ille qui dixit: Fortitudinem meam ad te custodiad, causamque reddit dicens, quoniam Deus susceptor meus: tanquam requiriens, quibus id meritis fuerit consecutus, nibilque in se inventens ANTE GRATIAM DEI; Deus meus, inquit, misericordia eius PRÆVENIT ME. Et quid istud? Quantumcumque, inquit, cogitavero antecedentia mentis mea inferiorcordia eius præveniet me. Et inferius in eadem

Epitola: Sive sit gratia qua infirmantur impy, de qua nobis dubitare fas non est, sive ut quidam volunt (Pelagiani) semper PRÆCEDAT liberum arbitrium, cuius merita equatur pena vel præmium. Et eundem Pelagianum sensum exclusus cùm contra Vitalem scriberet: A Domino gressus hominis diriguntur & viam eius volet: non dixi, & viam eius discribit aut tenebit, aut ambulabit, aut aliquid huiusmodi, quod posse dicere, a Domino quidem dari, sed homini tam volenti, ut scilicet beneficium Dei, quo gressus homini dirigit, ut viam eius disceat, teneat, gradiat, sive homo voluntate PRÆCEDAT, & hoc Dei donum suā homo voluntate meretur; sed ideo dixit a DOMINO gressus hominis diriguntur & viam eius volet, ut intelligeremus ipsam voluntatem bonam qua recipimus veritatem & credorem, quoniam Dei via, quid est nisi pax recta, illius esse donum qui gressus nostros propterea dirigit primus ut velim. Et in libris ad Bonificium: Ipsi enim volunt in homine ab ipso domine incipere cupiditatem boni, id est, primam bonam voluntatem, ut hunc capi meritorum etiam persicendi GRATIA CONSEQUATVR. Et inferius adhuc: Hoc ita dicunt velut nemo a seipso sine adiutorio Dei habeat propositum bonum studium & virtutem quo merito PRÆCEDENTE digne sit adiuvari Dei gratia subsequente. Et iterum paulo post coram harenh jng: lans: Hominis autem propositum bonum adiuuat quidem SUBSEQUENS GRATIA, sed nec ipsum esset nisi PRÆCLERET GRATIA. Et lib. 4. ad eundem Bonificium: si enim volunt intelligi quod dictum est: si volueritis & audieritis me, tanquam in ipsa PRÆCEDENTE VOLUNTATE fit CONSEQUENTIS meritorum gratiae, ac sic gratia iam non sit gratia, que non est gratia cum residetur debita, si autem sit intelligere: quod dictum est, si volueritis, ut etiam ipsam bonam voluntatem illam preparare conserteret, de quo scriptum est: Preparatur voluntas a Domino, tanquam Cœlestis interventus hoc testimonio. Unde mox eis vero gratie puritate tradendo subtextit: Sed intelligerent & conserterent etiam ipsum bonum propositum, quod CONSEQUENS adiuvat gratia, non esse potuisse in homine, si non PRÆCLERET gratia. Quomodo enarrat bonum bonum propositum sine misericordia PRIUS DOMINOS? Cum ip. ait bona voluntas quae preparatur a Domino? Itaque paucis interjectis cum Pelagiani faterentur bonum propositum iam ab homine inchoatum, Dei Gratia adiuvari, quibus verbis consequentem gratiam latissime fateban-

tur, non esse hoc satis ad verae gratiae confessionem, qua etiam ipsum bonum propositum prævenit gratia non dubitamus, ostendit: Ve- Lib. 4 ad ruantem in omnibus que quisque agit secundum Bonif. c. 6. Deum, misericordia eius PRÆVENIT EVM. Quod isti notant, quia non esse Catholicos, sed Pelagianos volunt. Multum enim delectat impetum superbiam, ut etiam id quod cogitur confiteri a Domino datum non sibi donatum videatur esse, sed redditum: ut scilicet filii perditionis nostra promissionis ipsi credantur se bonos esse, videlicet primam ex le proferendo bonam voluntatem atque propositum, & Deus iam bonis a seipso effectus, pro isto eorum opere debitum præmium reddidisse. Quod mox divinae gratiae prævenienti capitaliter inimicum esse declarat: Quid remenstrat pell. mortuus unde possit inflatus, & ibidem. deligietur, quando gloriarum, in Domino gloriaris? Quid ei remittit, quando quicquid dixerit se fecisse, ut eo PRÆCEDENTE hominis merito ab homine exercito Deus SUBSEQUENTER faciat, quo dignus est homo respondetur reclamatur, contradicitur. Ego facio sed proprii nomen meum sandum, non proprios ego facio, dicit Dominus. Nihil scilicet velagranos dicentes gratiam Dei secundum merita nostra dari. Itaque titulus erroris falsitatem meritare queilibet ex homine pulsulantia prævenientis gratiae sinceritate & profunditate defruens: Nos quidem ambulamus, verum est; nos observamus, nos facimus; sed illæ facti ut ambulemus, ut observeremus, ut faciamus. Hec est gratia Dei bonos faciens nos, hac misericordia PRÆVENTIENS nos. Et quis error iste Pelagianus, quo prævenientem gratiam, retenuta consequente, destruebat. Semi-Pelagianorum postea peculiari & proprius fuit, ut qui libenter illam gratiam ad opera bona fatebantur, dummodo consequeretur ipsa fidem ac voluntatem suam bonam quam à scilicet inchoari sentiebant, hinc cum eodem modo Augustinus luculentissime scilicet prævenientis gratiae puritate subvertit. Quod quia operæ pretium ex ipso fonte intelligere, totus locus quo admodum clare & præclare veritas ista traditur; ex libro de Dono perseverantie ascribendum est: A Pelagianorum perro heretica tib. de dono perversitate tantum isti remanserunt, Malibiles, perscr. 16. propter quos haec agimus, ut licet nondum velint facti predeclaratos esse, qui per gratiam Dei sicut obediens, videlicet per fidem obediendo predicationi, atque permaneant, tam tamen sentiantur quod eorum PRÆVENIAT voluntatem, nempe ad bene operandum, quibus datur haec gratia. Ideo unique ne non gratia dari creaturus gratia, sicut veritas loquitur, sed potius secundum PRÆCEDENTIS merita voluntari, sicut contra veritatem Pelagianus error obliquatur. PRÆVENIT ergo & fidem gratia: aliquam si eam fidem, ab homine sciheet, exoriatur PRÆVENIT, procul dubio prævenit & voluntas, id est, voluntio, quoniam fides sine voluntate non potest esse. Si autem gratia PRÆVENIT fidem, quoniam prævenit voluntatem profecto PRÆVENIT omicem obedientiam, PRÆVENIT eam claritatem, qua una Deo placet & suavititer obediatur, & haec omnia gratia in eo cui datur, & cuius habet omnia PRÆVENIT, operatur.

Quæ

Quæ quidem tam prolixè accersita & in unum locum digerenda censui, ut cuilibet in Augustini scriptis minus versato ad oculum claresceret, certissimum esse quod diximus. Nempe veram gratiam prævenientem non esse quamlibet gratiam, qua potentia voluntatis ad opera sua bona prævenitur, sed illam qua Deus prævenit omnia nostra bona, sive omnem etiam primum voluntatis motum bonum, utpote quæ ex nolente volentem facit, qua voluntas hominis preparatur ac datur, qua Deus in homine operatur & velle, qua hominis voluntas primo eruitur ex potestate tenebrarum, & convertitur in Deum vivum, qua denique incipit credere veritati. Nam ut Augustinus docet, ubi est initium fidei, est etiam initium bona, hoc est, pia voluntas: quod Pelagiani maximeque Semi-Pelagiani nolentib[us] esse beneficium prævenientis gratia, sed humana voluntatis officium. Adversus istum enim errorem militat gratia præveniens, sicut adversus illum, qui opera bona fidem sequentia ioli humanae voluntatis arbitrio tribuunt, gratia quam consequentem Scriptura & Patres dicunt.

*Epi. 107.
ad Ital.:*

Ex quo etiam facile intelligitur, quomodo

A subinde Augustinus gratia prævenienti tribuit, quod nos justificat, seu justos & bonus faciat. Nam apud Augustinum sexcentis locis justificari & bonus fieri, non ita accipitur, ut jam vulgè solet, ut sit idem quod perfecta peccatorum omnium remissione mundari; sed ut idem sit quod quoquo modo à voluntatis malitia & perveritate mutari; quod etiam sit per quemcunque etiam primum motum quantumcumque exiguum bonæ seu pia voluntatis. Nimis quia vera illa & perfecta justitia, à bona voluntate & fide ei conjuncta sumit initium, juxta illud ejusdem Augustini: *Restigatur ut ipsam fidem, unde omnis iustitia sumit initium, non humano tribuamus arbitrio, sed gratia.* Epistola. *utrum donum esse fateamur, si veram gratiam, id est, sine merito cogitamus: ut merito justificari, hoc est, justus & bonus fieri saltem inchoatē dici debeat, quisquis per prævenientem gratiam, ab inulta & mala voluntate convertitur. Grata vero justificans ista consideratio-* Lib. de fide. *ne non est gratia habitualis aut remissio pec-* C. in. 1. *catorum, sed gratia potius actualis effectivæ* V. 1. 1. 1. *justificans non formaliter, quomodo innu-* D. 1. 1. 1. *meris locis ab Augustino accipitur, prout &* 196. 1. 1. *recentiores aliqui advertunt.*

C A P V T X I I I .

Quid sit gratia consequens, seu subsequens.

QUAE quidem quisquis rectè intellexerit nihil iam laborabit ut intellegat quid in Scripturis & Patribus gratia *Consequens* nominetur. Est enim illa gratia quæ consequitur illa inchoata studia bona voluntatis, eaque tanquam adhuc infirma sovet, juvat, roboret, donec ita perfecta robustaque voluntas efficiatur, ut nullis blandientium rerum amoribus cedat, nullo comminantium penarum terrore frangatur. A qua sane perfectione bona voluntatis iij qui à peccatis incipiunt resipiscere, conflictumque cum diversarum cupiditatuum suorum exercitu meditantur, plerumq; longe distant. Recolendum est enim id quod latissime Lib. 3. de grat. Christi superius tradidimus, & in scriptis Augustini, Salvat. c. 13. Prospere, Fulgenti, exploratissimum est: esse quandam bonę voluntatis infirmitatem, quam homo nullo conatu suo, nisi per gratiam tuos infusam roboretur, superare aut exuerē potest. Oritur enim ex rebellantis perniciemque sevientis concupiscentie motibus, quam non est in solus hominis potestate frangere, mansuetamq; reddere, multo minus funditus excure. Adversus istam infirmitatem homo per totam vitam, post conversionem suam ad Deum quam gratia PRÆVENIENTIS operata est, gratia CONSEQUENTE juvatur ac roboretur; cuius beneficio paulatim bona voluntas crescit orando, bene operando, mandata complendo, donec ita robusta fiat, ut etiam reluctantis concupiscentię impetus vincat ac domet. Nam ista est pro-

priè illa gratia qua Deus voluntatem jam bonam adjuvando perficit, quam præveniendo inchoavit. Quia de causa cum illa gratia libertatem arbitrij satis aperte servare videtur, utpote quæ voluntati jam volenti conantique donabatur, libenter eam Pelagiani poterant quā Zozymo Pontifice Africani q; Patribus damnati essent, amplexi sunt. Prævenientem vero quæ nolentem reluctantemq; hominem velle faciebat; pertinaciter contemnebant. Ex quo fonte fluunt illa verba Iuliani: *Gratiam quoque confitemur adiuvare winsemusque bonum propositum, videlicet jam ante gratiam inchoatum; non tamen relunctanti studium virtutis immittere.* Per quæ volebant, ut exponit Augustinus in homine ab ipso homine insipere cupiditatem seu volitionem boni, ut huius capti meritum etiam perficiendi gratia CONSEQUATVR. Adversus quæ nimis perversam opinionem ita commendandam gratiam consequentem censuit Augustinus, ut nequaquam gratia prævenientis dignitas laderetur. Itaque de hac consequente gratia dixit in praecedenti capite: *Vt incipiamus dictum est Misericordia eius præveniet me, ut perficiatur dictum est, misericordia eius subsequetur me.* De hac gratia consequente dixit: *Hoc autem bonum propositum adiuvas quidem CONSEQUENS gratia, sed nec ipsum esset nisi præcederet gratia.* De hac gratia consequente dixit: *Ipsam bonum propositum CONSEQUENS adiuvas gratia.* De hac gratia cum exponeret illa Scriptura verba: *Misericordia eius præveniet me: & misericordia eius subsequetur me,* unde ista divisio gratiae